



VALETVDINE.

83

tē ad inconsueta fiat translatio, sequatur læsio. Nam qui se ad omnem dietam adsuefacit, minus lædetur, cum se ad inconsueta transtulerit. Idem etiam intelligendum de alijs rebus non naturalibus, id quod testatur Hippoc. lib. 2. Aphor. 50. Quæ ex longo tempore consueta sunt, etsi deteriora sunt, insuetis minus molestare solent. Oportet igitur ad ea insueta permu-tari. Vnū quodq; enim ipsorum, inquit Philosophus, consuetum effectum minus lædit, cō quōd natura qui-dem magis innocuum, sed in consuetudinem nondum uenerit: ut consuetus comedere manna, in boni muta-tione cibi iniuria adficitur, propter desuetudinem: et consuetus bibere aquam, in meri potionem mutaue-rit, læditur, quoniam à consuetudine aberrat. Sic et in his quæ particularia sunt. Similiter autem oportet et ad insueta permutare, ut si quando fortuna co-eegerit, ea ferre possimus, eum enim qui usus est mul-to nutrimento, oportet et parum comedere, ut cau-sa adueniente ferat et illius usum.

Quapropter quisq; cauere debet, teste Rhas. lib. 4. cap. 10. ad Mans. ne alicuius rei sibi consuetudi-nem faciat, quam ipsum obseruare oporteat, ex cuius obseruatione constrictionē patiatur. Vt si quis uno ci-bo consuetè semper utitur, uel aliquo potu, uel omni-no ab eis absteineat, uel dormire, uel coire consuescat: et ex aliquo istorū grauitè constringatur, maximum incurrit nocumentum, si ab eis abstinerit.

Quapropter quisq; corpus suum sic disponere de-

L 3